



BOLETÍN DEL CLERO
DEL
OBISPADO DE LEON


GOBIERNO ECLESIASTICO DEL OBISPADO DE LEON
(Sede Vacante.)

Terminando el día 31 del corriente la dispensa de aplicar la misa *pro populo* en los días de fiesta suprimida, hemos recurrido á Su Santidad suplicando nueva prórroga y el Santo Padre con su acostumbrada benignidad nos ha facultado para conceder dicha dispensa por otros tres años guardando la forma del indulto anterior.

Usando, pues, de la referida facultad Apostólica, dispensamos por otros tres años á todos los Párrocos y Economos de la obligación de aplicar la misa *pro populo* en las fiestas suprimidas á excepción del segundo día de cada una de las tres Pascuas y el del Arcángel S. Miguel.

León 23 de Marzo de 1905.

DR. CELEDONIO PEREDA,
Vicario Capitular.



SECRETARIA DEL GOBIERNO ECLESIASTICO DE LA DIÓCESIS (SEDE VACANTE)

Conforme á lo que viene practicándose en años anteriores, el Jueves Santo tendrá lugar en la Santa Iglesia Catedral la Ceremonia del Mandato, lavándose los piés á doce pobres.

En su virtud el M. I. Sr. Vicario Capitular ha tenido á bien disponer que los que deseen ser inscritos en el número de los doce pobres, que habrán de ser elegidos para dicha ceremonia, remitan á esta Secretaría sus solicitudes con el informe de los respectivos Párrocos acerca de la pobreza y cualidades de los exponentes, dentro del plazo comprendido desde esta fecha á la Dominica de Pasión inclusive.

Los Sres. Párrocos y demás encargados de la cura de almas darán á conocer á sus feligreses esta disposición.

León, 23 de Marzo de 1905.—Lic. Miguel Alvarez, Vice-Secretario.

CIRCULAR

El Exmo. Sr. Ministro de Instrucción pública y Bellas Artes ha dirigido á S. Sría. el Vicario Capitular el siguiente telegrama:

«Ministro de Instrucción pública á V. C.—Me permito rogar á V. I. invite y autorice á Cabildo, Párrocos y Congregaciones que posean cuadros Zurbarán los envíen exposición proyectada para Mayo siendo cuenta Gobierno gastos remisión y devolución que se hará inmediatamente termine exposición.—Gobierno agradecerá mucho.»

Su Sría., defiriendo á los deseos del Gobierno, por la presente Circular hace la invitación y concede la licencia para que se puedan enviar á la exposición los cuadros de Zurbarán que hubiere en esta Diócesis.—Lic. Miguel Alvarez, Vicesecretario.

*Decreto de la Sagrada Congregación del Concilio
resolviendo de manera definitiva la cuestión referente á los días de
Sermón de los Magistrales en las Catedrales de España*

(Continuación)

Quare Emus. Archiepiscopus votum suum, cui in omnibus suum Capitulum et Canonicus Magistralis adhaeret, sequentibus concludit verbis: «1.º Nullo modo vocanda est consuetudo nec praxis sed e contra lex data cum sufficienti facultate Decretum 39, sess. 2, Concilii Compostellani vi cuius canonico praedicatori concessum est ut per octo dies vacet compositioni concionis habendae in cathedrali, dummodo quotidie assistat Missae conventuali.

«2.º Haec lex data a Concilio Compostellano gaudet possessione tercentum triginta septem annorum, quae possessio neutiquam confundenda est cum consuetudine, de qua sermo est in Decretali Bonifacii VIII, sed magnum robur accipit per tam longum temporis spatium.

«3.º Apostolicae Sedi cognitum fuit Decretum 39, sess. 2, Concilii Compostellani; nec enim Nuntius Apostolicus potuisset agere, uti par erat cum Episcopis et capitulis huius provinciae Compostellanae pro ineunda concordia quam Summus Pontifex Pius V confirmavit, nisi Acta eiusdem Concilii Compostellani exhibita fuissent ipsi Nuntio Apostolico, et incredibili prorsus est illi notum fuisse Decretum 38 et 40, eiusdem sessionis, occultum autem illi fuisse 39.

«4.º Romae cognitum fuit Decretum 39, sess. 2, Conc. Compostellani, nam ibidem facta fuit editio Conciliorum Hispaniae ab Emo. et Rmo Cardinali Aguirre anno 1693 et tamen numquam fuit improbatum nec a Romanis Pontificibus nec a Cardinalibus Sanctae Romanae Eccl. nec a Nuntiis Apostolicis nec ab Episcopis Hispaniae nec a Capitulis Cathedralibus. Sed e contra in Hispania omnes tuta conscientia manebant in observantia eiusdem Decreti, cui favet traditio trium saeculorum et amplius.

» Igitur pro gloria Dei, pro Romani Pontificis honore, pro Sanctae Romanae Ecclesiae decore et pro reverentia debita legitimo Concilio Compostellano, nihil innovandum est in Decreto 39, sess. 2, Compostellani. »

Verum ex adverso haec recoli possunt. In iure communi habetur *Cap. unicum de Clericis non resid. in 6.º* quod incipit *Consuetudinem*, vi cuius reprobatur et prohibetur consuetudo tribuendi canonicis et aliis beneficiatis non interessentibus distributiones. Imo qui aliter distributiones sic acceperint, eas non faciunt suas. Idem statuit Conc. Trid. *Sess. 24, Cap. XII.* Sola autem causa fictae praesentiae, praeter infirmitatem, est *utilitas* Ecclesiae. Et ex hac utilitate explicatur quomodo ex pontificio iure tamquam choro praesentes habeantur Can. Theologus tota die qua legit: Canonicus Poenitentiarius, dum audit confessiones; et Canonicus Parochus dum parochialia munera actu exercet.

Similiter apud iuris peritos communiter receptum est, causam fictae praesentiae esse illam utilitatem Ecclesiae, quae resolvitur in utilitatem Capituli, sive haec spectet ad eius personas sive ad eius bona. Sicut e contra receptum est non haberi ut causam iuridicam utilitatem ecclesiae in qua residet beneficium quando huiusmodi utilitas vergit in favorem Episcopi, Dioecesis, cultus et animarum, absque ulla relatione ad praebendam seu massam capitularem, ad universitatem Canonorum et ad negotia Capituli.

Hinc in *Aesina—Distributionum*—diei 29 Iulii 1848 inter supplices libellos sequentia traduntur: «Quoad hanc utilitatis causam ea communiter recepta est regula, ut ad effectum lucrandi quotidianas distributiones in absentia utilitas esse debeat ipsius ecclesiae, cuius sunt distributiones, non autem ecclesiae universalis aut dioecesanae, aut alterius cuiuscumque»: praeterea necesse est ut munera adimpleantur vel ratione praebendae, quam possidet, vel ex deputatione Episcopi aut quandoque etiam superioris vel praefecti chori et absque ullo stipendio aut remuneratione (et res exemplificatur variis H. S. C. resolutionibus). Quod si Capitularium absentia, minime directe respiciat bonum ac utilitatem eiusdem ecclesiae, cuius sunt distributiones, eae numquam absentibus tribuuntur: (et res pariter comprobatur pluribus H. S. C. exemplis) Cfr. Lingen et Reuss—*Causae selectae per Summaria Precum*, pag. 701.

Atqui in themate munus concionatoris canonici seu Magistralis directe vergit in utilitatem Episcopi, cuius ipse gerit

vices in praedicatione. Ergo exceptio utilitatis in propriam ecclesiam non videtur posse invocari.

Quin aliquid suffragetur citata dispositio Concilii Provincialis Compostellani. Nam cum ipsa aperte refragetur iuri communi, ut sustineatur necessaria omnino est approbatio R. Pontificis, et quidem non in forma communi, sed in forma specifica ut aiunt canonistae. Hanc autem adfuisse non videtur posse probari. Utique allegantur indicia ad arguendum tacitum R. Pontificis consensum, sed de ratificatione adducti articuli facta, causa cognita, nullimode constat.

Sed praestat heic exscribere ex ipsius Emi. Archiepiscopi Toletani litteris conclusiones illorum qui tenent dispositionem synodi Compostellanae in casu nullam et irritam esse et proinde Canonicos Magistrales morem gerere debere dispositionibus S. C. Trid. et resolutionibus H. S. C. in causis *Vallisoletana* et *Ovetensi* initio relatis: «Ad dispositionem Concilii Compostellani quod attinet, patet eam esse nullam et irritam, utpote quae sit contraria *cap. un. de cleric. nom resid in 6.º et cap. XII, sess. 24 Concilii Trident., de Reform*: concedit enim canonico Magistrali distributiones in absentia extra casus a iure vel Apostolico privilegio permissas.

»Quae sanctiones iuris communis vim habent erga canonicum Magistrale sicut erga alios omnes Canonicos, cum ille, non secus ac alii legibus residentiae teneatur. Quare, sicut Canonicus Magistralis regitur iure communi in causis favorabilibus, v. gr. dum distributiones percipit cum infirmatur, ita etiam quoad alias leges residentiae. Munus quidem concionandi est praeter ius commune, ideoque bene competit Conc. Provinciali, aut etiam statutis capitularibus decernere numerum concionum habendarum, vel dies in quibus ipsi concionandum sit; legem autem residentiae immutare pro Canonico Magistrali Concilio provinciali vetitum est.

»Cum igitur haec dispositio Concilii Compostell. nulla sit per se et irrita convalidari nequit nisi approbatione apostolica in forma specifica. Atqui Conc. Compostellanum nulla donatur apostolica approbatione, nedum in forma specifica, sed neque in forma communi, imo neque constat eius acta fuisse ad hanc S. C. C. transmissa, nec ab ea recognita. Breve S. Pii V, quod

pro asserenda confirmatione affertur, non est confirmatio generalis Conc. Compostell, sed particularis nonnullorum decretorum inter quae non est illud de quo agitur: est enim confirmatio, non ipsius Conc. sed Concordiae inter Archiepiscopum Compostelanum et suos suffraganeos eorumque capitula. Quae omnia evidenter patent si conferantur inter se confirmatio huius Concordiae, quae reperitur in Bullario Rom. Taur. *Vol. 7, pagina 777-780* cum alio brevi eiusdem Pii V pro confirmatione Concordiae inter Praesidentem episcopos et capitula provinciae Toletanae, quod pariter invenitur, *l. c., pag. 780-782*, et cum decisione S. Rotae Romanae in *Toletana* 18 Maii 1584 *coram D. Aldobrandino*, quam affert Garcia *Tract. de Beneficiis, Vol. 1. part. 5.^a, cap 4, n. 166* Cum igitur acta huius Concilii recognita a S. C. fuisse non videantur, nihil mirum si plura in illis reperiantur, quae menti Tridentini adversentur, ut apparet, tum quoad cap. III eiusdem sess. 2^{ae}, quod fuisse a S. C. Concilii, utpote contrarium menti Tridentini referunt Garcia, *l. c., cap. VII, n. 11* et Benedic. XIV, *De Synodo dioec., lib. 4, cap. 7, n. 11*; tum quoad cap. 33 sess. 3.^{ae} quod pariter nullum et irritum est ex declaratione huius S. C. Concilii, prout refert idem Garcia, *l. c., par. 7.^a, cap. 7, nn. 45, 46 et 47*.

Nec consuetudine induci potuit ut Magistrali debeantur distributiones per totos illos octo dies, quia talis consuetudo percipiendi distributiones in absentia omnino reprobata fuit in dicto *cap. unic, de cleric. non resid. in 6^o innovato* per Conc. Trid., *l. c.*

«Quod evidenter patet ex responsionibus H. S. C. *in Vallisolet et in Oveten.*: nec videtur negari ab adversariis. Quod si consuetudo haec quoad canonicum Magistralem sustineri nequit, utpote quae sit contra ius commune, a fortiori id erit dicendum de praedicta lege Compostellana permittente id ipsum quod in consuetudine reprobatur; cum consuetudines debitis ornatae conditionibus, vim habere possint, propter consensum legalem Summi Pontificis ad derogandum iuri communi; qui Concilio Provinciali numquam est concessus.

»Quae magis confirmantur ex litteris Eminentiss. Card. Praefecti H. S. C. ad Episcopum *Oveten.* in quibus dicitur: *Dum hoc responsum A. T. communico, gratissimum mihi est addere*

quod si tum ob antiquam consuetudinem, tum ob alias causas reputas unum aut duos vocationis dies esse necessarios Emi. Patres alieni minime, sunt, ut ex gratia concedatur indultum ut in Vallisoletana licet expositam consuetudinem, iure inspecto, uti abusus non tollerandum retineant. Quare consuetudo tribuendi distributiones canonico Magistrali in absentia per totos illos octo dies, quamvis antiquissima sit, quamvis roborata decreto Concilii provincialis, iure inspecto, censetur, ex sententia S. C. abusus non tollerandus. Nec restricta ad unum vel duos dies valere videtur, nisi ex speciali gratia Sedis Apostolicae.

»Nec ius certum competere Magistrali probatur percipiendi distributiones per octo dies absentiae ex eo quod, dum concionem est habiturus, exercet munus adnexum suae praebendae, ideoque censeatur agere in utilitatem evidentem suae ecclesiae.

»Nam tale ius ipsi non competit ex eo quod concionem sit habiturus; per se enim distributiones non debentur concionatoribus absentibus a choro, ut resolvit haec Sacra Congregatio in *Adiacen* 10 Sep. 1678 et in *Hranen*. 20 Decembr. 1862 quamvis de hac ultima quaestione relatum fuit ab Episcopo parochialem curam residere habitualiter penes capitulum et conciones habendas esse intra fines ipsius parochiae. Nec ex eo quod exercet munus adnexum praebendae; quia quamvis Lectoralis, dum lectionem Sacrae Scripturae habet, exercet munus suae praebendae adnexum, S. C. interrogata primis post Concilium Trid. temporibus semper constanterque respondit canonicum theologum quotidianas distributiones non lucrari in absentia; donec recurrente canonico Lectorali *Egitanen*. ecclesiae an per horas quibus legit, quotidianas distributiones lucrari posset S. C. C. censuit *Distributiones quidem non deberi, agendum cum SSmo. pro gratia*, ut referd Card. Petra in *Com. ad Const. Innoc. VI, n. 53.* et habetur etiam in *Carthagin*. 11. Apr 1891 Unde postea S. C. rescribere consuescebat, uti in *Tropien*. 9 Maii 1597, *Auctoritate sibi tributa S. C. indulget, ut eo die quo Theologus sacram legit scripturam ex munere sui officii, ad praescriptum Concilii percipere possit distributiones quotidianas quamvis divinis non intersit.*

»Ergo per se, exercere onus praebendae adnexum, non confert ius strictum accipiendi distributiones in absentia, nisi acce-

dat specialis gratia Romani Pontificis. Quare non nisi ex gratia deberi distributiones Lectorali pro diebus quibus legit, testantur Barbosa, *De canonicis, etc., cap. 27, n. 33*; Hier. Gonzalez *Com. ad Reg. 8 Concellariae § 7, proemial., n. 180*; Garcia, *De beneficiis, part. 3, cap. 2, n. 119 et seq.*; Trullench, *In Decal, lib. 1. cap. VIII, n. 12, § 6*. Idem probatur ex causa in Oxomen. ubi S. C. resolvit non deberi distributiones canonico Doctorali docti absque retributione in seminario ex munere suae praebendae adnexo, salvo iure oratoris recurrenti pro gratia.

»Nec debentur eo quod utrumque copulative in Magistrali concurrat, scilicet, quod debeat concionari, et hoc ex munere suae praebendae adnexo. Scribit enim Fagnanus in cap. *Licet De Praebend. et dignit. n. 114: Ampliatur decimoctavo in canonico legente et sermone ex debito sui officii, cui similiter responsum est deberi fructus praebendae sed non distributiones.* Quod evidenter censuit haec S. C. in *Vallisoletana* et in *Ovetensi* dum ius percipiendi distributiones in absentia competere negavit non modo canonicis gratis et sponte concionantibus in ecclesia Cathedrali, sed etiam aliis canonicis concionem habentibus ratione beneficii, iuxta decreta cum Sede Apostolica concordata et praeterea ipsi canonico Magistrali.

(Se continuará).

Peregrinación al Pilar

La Junta organizadora de la Peregrinación al Pilar ha acordado prorrogar el plazo de inscripción hasta la fecha conveniente para que los boletines lleguen á Madrid antes del día 15 del próximo mes de Abril.